

KOLOZSVÁRI BOLYAI TUDOMÁNYEGYETEM
ERDÉLYI TUDOMÁNYOS INTÉZET

**KIADATLAN OKLEVELEK
KOLOZSVÁR
KÖZÉPKORI TÖRTÉNETÉHEZ**

ÍRTA
MAKKAI LÁSZLÓ

KOLOZSVÁR, 1947
MINERVA IRODALMI ÉS NYOMDAI MŰINTÉZET R.-T.

*Erdélyi Tudományos Intézet
Kolozsvár, Arany János-u. 11.*

A SZERKESZTÉSÉRT ÉS A KIADÁSÉRT SZABÓ T. ATTILA FELEL

MINERVA R.-T. KOLOZSVÁR. No. 99. FSOC. JUD. CLUJ 118_8. — FEL. VEZ.: KISS M. IGAZGATÓ

Kolozsvár középkori történeti forrásainak közzététele JAKAB ELEK alapvető oklevélgyűjteménye¹ óta elakadt s ennek tulajdonítható, hogy az amúgy is elhanyagolt középkori magyar várostörténeten belül Kolozsvár s általában az erdélyi magyar városok különösen mostoha kezelésben részesültek. E sorok írója évek óta gyűjti egy újabb kolozsvári középkori okmánytár anyagát, s most, mikor húsz oklevelet ebből az anyagból kiszakítva közread, ezt azért teszi, mert belátható időn belül nem remél módot találni egy nagyobb gyűjtemény kiadására, viszont a magyar várostörténeti kutatások szempontjából komoly veszteségnek tartaná, ha ezeket az okleveleket még sokáig kellene nélkülözni a tudományos munkában.

Ennek a húsz oklevélnek a jelentősége nem annyira abban áll, hogy bizonyos jelenségeknek, intézményeknek multját visszafelé meghosszabbítja,² hanem sokkal inkább abban, hogy a városi polgárság belső társadalmi szerkezetét és a társadalmi környezetben való elhelyezkedését világítják meg.

JAKAB ELEK még nem foglalkozott a kolozsvári patricius-réteg sajátos kérdéseivel. Nem tűnt fel neki a XIV. századi város-kormányzatban egyes német és magyar családok uralmi kizárólagossága. Igaz, hogy a vonatkozó legfontosabb okleveleket nem ismerte,³ de a magaközölte anyagban sem figyelt fel erre a jelenségre. Ennek a kérdésszövevénynek átvilágításához itt közölt okleveleink is jelentősen hozzájárulnak. Adatokat nyújtanak a polgárság erősen agrárius-katonai életformájához (2, 3, 4. szám), ezzel kapcsolatban a környékbeli nemességgel való sűrű összeháza-

¹ Oklevéltár Kolozsvár története első kötetéhez. Buda, 1870. — Oklevéltár Kolozsvár története második és harmadik kötetéhez. Bp. 1888.

² Noha ebből a szempontból sem lényegtelenek, az 1. számú például az első ismert polgárneveket tartalmazza, a 2. számú az első ismert városi kiadvány s először hallunk benne kolozsvári utcanévet, a 4. számúban találjuk az Óvár első említését, a 10. számúban először esik szó a várfalak építéséről, a 20. számúban a paritásos választás előzményeit tudjuk meg, stb.

³ A patricius-pártok küzdelméről pl. Zimmermann-Werner később megjelent »Urkundenbuch«-jában I, 506. alatt közölt oklevél számol be.

sodásokhoz (7, 8, 9, 13. szám) s ahhoz a bensőséges mezőgazdasági tevékenységhez, mely a polgárok birtokvásárlásaiban és különösen malmok, szállók, majorok létesítésében nyilvánul meg (1, 5, 6, 7, 11, 15, 16, 19. szám). A középkori város társadalmi és gazdasági elszigeteltségéről szélteben hangoztatott elméletek ezek alapján komoly felülvizsgálásra szorulnak s közelebb jutunk a városi nemzetiségi kérdés megértéséhez is.

A magyar falvak közé beékelt Kolozsvár a környékbeli nemeség és parasztság életében kezdettől fogva jelentős szerepet játszott s a gazdasági együttműködés és a sűrű társadalmi érintkezés természetesen vezetett a magyar városi elem állandó növekedésére. A 20. számú oklevél egyszersmindenkorra elosztatja azt a meggyökeresedett tévhitet, hogy a magyar polgárság csak a XV. század közepén nyerte el az egyenjogúságot, mint késői bevándorló. A XIV. századi oklevelek világosan bizonyítják, hogy a város kormányzásában mindkét nemzetiség résztvett, a XV. század közepén tehát a németeknek kellett már harcolniok a magyar többségi helyzet jogi érvényesítése ellen; ezt a paritásos választás bevezetésével száz évre sikerült is nekik elodázniok. Végül a 17, és 18. számú oklevelek, JAKAB oklevéltárának CI, CII és CIII. számú darabjaival összevetve, főként azonban a környező nemesiparaszti világgal való kapcsolatok ismeretében közelebb visznek Kolozsvárnak Budai Nagy Antal lázadásában vitt szerepe és bűnhődése megértéséhez.

A magyar Országos Levéltárban lévő és itt alább közölt okleveleknek Kolozsvár és a magyar urbanitás történetébe való beillesztését »Társadalom és nemzetiség a középkori Kolozsváron« című tanulmányomban⁴ már megkíséréltem, most lehetőség adódik nemcsak eredményeim ellenőrzésére, hanem az általam meg nem látott vonatkozások felderítésére is.

1.

[Kolozsmonostor], 1308. szeptember 8.

Henrik kolozsmonostori apát egy szamosparti malomhelyet ad örök bérbe Gilnicer Ottó és Sliger Teodorik kolozsvári polgároknak.

Nos Haydenricus miseratione divina abbas totusque conventus monasterii beate Marie de Clus, memorie commendantes significamus universis quibus expedit presentium per tenorem quod nos ex unanima deliberatione et consensu Otthoni Gilnicer et Theodorico Sliger civibus de Cluswar hereditarie possidendum

⁴ Kolozsvári Szemle (1943), és kny.

concessimus et concedimus locum et fundum molendini iuxta fluvium Zomus ad habendum quatuor rotas et non plures, omnibus conditionibus quibus antea habere nostris temporibus consueverunt. Ita videlicet quod nobis et monasterio beate Virginis predicto alteram dimidiam marcam puri argenti ponderis Bystricensis, videlicet tres fertones in Assumptione beate Virginis et tres fertones in Nativitate Domini, singulis annis nomine terragii solvere teneantur. Preterea nos singulis ter, videlicet semel in Assumptione beate Virginis, semel in Nativitate Domini, semel in festo Pasche visitando, singula munera medium fertonem valentia presentabunt. Expressum est etiam quod si predictos Otthonem et Theodericum predictum molendinum vel si quem ipsorum vel heredum suorum partem suam molendini predicti venditioni exponere contingat, nobis vel nostris successoribus intimabunt, ita quod si nos voluerimus emere, extunc nobis vendere et non aliis sint astricti. Si vero nos emere noluerimus, extunc aliis vendendi liberam habeant facultatem. Ita tamen quod talis venditio fiat nostro consilio mediante, ut monasterium beate Virginis predictum in suo iure et possessionibus non aliquo modo defraudetur. In cuius rei testimonium et robor perpetue firmitatis sigillum nostrum duximus presentibus appendendum. Datum in Nativitate beate Virginis, anno Domini millesimo trecentesimo octavo.

Eredetiye hártján, az elveszett függőpecsét selyemzsinórjának maradványaival [DI. 29067].

2.

[Kolozsvár], 1362. május 1.

Bertalan comes biró és a kolozsvári polgárok előtt Miklós és Henlin kovácsok eladják hidutcai kuriájukat Székely Jakab mester közhalmi várnagynak.

Nos comes Bartholomeus filius comitis Bartholomei filii Stark iudex, iurati et civium universitas de Culuswar, memorie commendantes significamus quibus expedit universis, tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis et audituris quod ad nostram accedentes personaliter presentiam vir nobilis magister Iacobus Zekul dictus castellanus de Kuholm parte ab una, ex altera vero concives nostri et amici videlicet Nicolaus faber et alter Henlinus faber et per eosdem Nicolaum fabrum ac Henlinum extitit relatum vive vocis ministerio et propositum, curiam eorum quam insimul habebant et sitam contigue curie eiusdem magistri Iacobi in platea pontis ex una, ex altera vero parte contiguam curie honorabilis viri Ladizlai nigri, de bona voluntate dominarum conthora-

lium suarum ac heredum suorum universorum vendidisse, locasse ac assignasse prefato magistro Iacobo Zecul dicto in filios filiorum suorum ac heredum per heredes iure hereditario perpetue et irrevocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam, nullo etiam tunc existente contradictore, pro quadam certa summa pecunie ad nostrum sci[tu]m per prefatum magistrum Iacobum ipsius Nicolao fabro et Henlino plenarie et integraliter persoluta, assumptes ac obligantes se nichilominus iidem Nicolaus faber et Henlinus quod si quis annorum in processu proximorum seu amicorum suorum ipsum magistrum Iacobum seu heredes eius ac posteritates inpetere seu inquietare niteretur curia pro premissa, velle hoc expedire propriis eorum laboribus et expensis ac ipsum magistrum Iacobum cum suis posteritatibus in pacifica conservare possessione. Ad que se coram nobis obligarunt de voluntate. In cuius rei testimonium ac robur perpetue firmitatis presentes concessimus et concedimus literas, sigilli nostri autentici munimine consignatas. Datum in octavis festi beati Georgii martiris, anno Domini Mmo CCCmo LXII do.

Eredetiye sérült és vízfoltos hártján, pecsétartó szalag maradványaival [Dl. 29068], Fényképmásolatát közöltem id. tanulmányom mellékleteként.

3.

Szentimre, 1366, december 8.

Járai Péter erdélyi alvajda elrendeli a dobokamegyei szolgabíróknak, hogy tartsanak vizsgálatot a kolozsmonostori apátság némely szászfenesi és kolozsvári lakosok által történt megtámadtatása és Szucsáki Pál megöletése ügyében.

Petrus vicevoyouda Transsilvanus nobilibus viris iudicibus nobilium comitatus de Doboka, amicis suis honorandis, salutem cum honore. Dicitur nobis in personis domini abbatis de Clusmonustra et sui conventus de eadem quod predictus Hench villicus de Fenes cum tota communitate de eadem ac Andreas molidinator de Clusuar cum quibusdam amicis et proximis ipsorum feria sexta nunc proxime preterita propria ipsorum potentia et auctoritate contra libertatem dicte ecclesie ad ipsum monasterium irruendo, dictum claustrum seu monasterium ac hostia domus et pallatii eiusdem domini abbatis confregissent et quendam hominem scilicet Paulum filium Chuey nobilem de Zuchak de ipso claustro extraxissent et collum suum amputassent sine omni iure in preiudicium et derogationem ecclesie antedicte. Super quo vestram amicitiam presentibus requirimus reverenter nichilomi-

nusque auctoritate (sic!) voyuodali firmiter precipiendo mandamus quatenus altero absente vel impedito, unus vestrum accedat, ab omnibus quibus decet et licet sciat et inquirat de premissis omnimodam veritatem et post hoc prout examen vobis veritas constiterit premissorum, nobis in vestris litteris rescribatis. Datum in Sancto Emerico in festo Conceptionis Virginis gloriose anno Domini MoCCCmo LXo sexto.

Eredetije ismeretlen; beiktatva Kidei János dobokamegyei szolgabírónak Járai Péter alvajdához intézett jelentésébe [Dl. 29069. — Lásd a következő oklevelet].

4.

Keresztes, 1366. december 13.

Kidei János dobokamegyei szolgabíró jelenti Járai Péter erdélyi alvajdának, hogy parancsára megvizsgálta a kolozsmonostori apátság szászfenesi és kolozsvári egyének által történt megtámadtatásának ügyét.

Nobili viro et honesto Petro vicevoyuode Transsilvano, domino suo plurimum reverendo Iohannes filius Inok nobilis de Kyde et iudex nobilium de comitatu de Doboka inclinationem cum famulatu. Litteras vestre nobilitatis honore quo debuit recepi in hec verba: (*Lásd a 3. sz. oklevelet*).

Et licet quod socius meus Iohannes filius Demetrii scilicet alter iudex nobilium iamdicti comitatus de Doboka volente Deo ab hac luce migravit, tamen ego petitionibus et preceptis vestre nobilitatis ut tenor (sic!) obtemperare cupiens, ad predictam possessionem Clusmonustra vocatam personaliter accessi ibique hostia domus et pallatii ipsius domini abbatis per predictos hospites et populos et eorum consocios de Fenes et de Clusuar confracta et destructa et predictum Paulum filium Chuey in cumulo iacentem per eosdem miserabiliter occisum et interfectum oculis conspexi carnalibus Deo teste et demum a nobilibus et ignobilibus ac ab aliis communis(!) hominibus circumquaque in eadem provincia existentibus talem de premissis scivi veritatem quod iidem populi et hospites, scilicet Henchman, Hermanus parvus, Good, Georgius barbatus Berbencer, Nicolaus dictus Nulas, Iohannes albus cum proximis, amicis et aliis sociis ipsorum quamplurimis sibi adiunctis de Fenes, item Andreas molendinator, Nicolaus pellifex cum filiis suis, Martinus parator, Laurentius Sebul de castro, Petrus dictus Pancyl, Albertus filius Herricii, Michael filius Helt... in, item(?) filius Crystilyni cum fratribus suis, filii Iohannis pellificis, Iacobus braxator, Hermanus sartor, Hannus dictus Pomar, Iohannes dictus Nerges, Petrus dictus Kostremp, Antonius filius Nicolai, duo

aurifabres circa Cristilinum commorantes,⁵ Antonius filius..., Johannes claudus famulus comitis Johannis de Clusuar, similiter cum omnibus proximis, amicis et sociis non modica multitudine ipsorum, loriceis, pancerys, galeis ferreis cerotecis induti, tanquam milites pilati, alii ipsorum gladiis,⁶ hastis, clipeis et aliis quibuslibet armis seipsos muniendo die et termino superius annotato precogitata nequitia, propria ipsorum potentia et ausu temerario ad predictum monasterium seu clastrum irruendo, hostia domus et pallatii dicti domini abbatis confrangentes et de ipso clastro predictum Paulum filium Chuey extrahendo, absque strepitu cuiuslibet iudicii et omnino sine iure collum suum amputarent in preiudicium et periculum ecclesie beate Marie virginis antedictae. Datum in Kerestus in festo beate Lucie virginis et martiris, anno Domini prenotato.

Egykorú fogalmazvány betoldásokkal és kihúzásokkal, vízfoltos papíron [Dl. 29069].

5.

[Gyulafehérvár], 1371. március 20.

A gyulafehérvári káptalan előtt Szamosfalvi János és András malom- és udvarház-helyet adnak Nicolaus dictus Judex kolozsvári polgárnak Pusztaszentmiklós birtokukon, évi 2 forint és haszonrészesedés fejében.

Capitulum ecclesie Transsiluane omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in omnium salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire quod Iohannes filius Nicolai de Zamusffalua pro se personaliter et pro Andrea fratre suo uterino cum procuratoriis litteris causalibus religiosi conventus monasterii beate virginis Marie de Clusmonstra ab una, ac Nicolaus dictus Iudex civis de Cluswar personaliter coram nobis constituti parte ex altera, idem Iohannes filius Nicolai in sua et eiusdem Andree fratris sui in personis, omne honus et gravamen eiusdem, si in infrascriptis stare nollet, in se assumptendo, proposuit et confessus extitit ministerio vice vocis quod ipsi habita matura deliberatione inter se, consideratis probitatibus eiusdem Nicolai iudicis pre eorum voluntate in facie cuiusdam possessionis eorum Zenthmiklos vocate unum locum molendini super fluvium Zomus vocatum existentem communiter eos tangentem et unum liberum locum curie integre mansionis sessionalem in eadem possessione ipsorum habitum ad modum integre curie seu integre mansionis aliorum iobagionum eorum in

⁵ Ez az öt szó kihúzva.

⁶ Ez a szó kihúzva.

ipsa possessione residentium pro allogio in ipsa curia preparando cum omnibus utilitatibus, videlicet terris arabilibus, silvis, pratis, nemoribus, aquis et quibuslibet pertinentiis ad ipsam curiam integram seu mansionem cedentibus dedissent perpetuo et assignassent, imo idem Iohannes filius Nicolai suo et dicti fratris sui nominibus dedit et assignavit iure perpetuo irrevocabiliter possidendum et habendum coram nobis. Ita videlicet quod predictus Nicolaus dictus Iudex molendinum et curiam cum allogio in locis ipsorum cum suis expensis et laboribus construere deberet et edificare et ad eorundem operationem seu edificationem ligna sufficientia de silva ipsorum Iohannis et Andree filiorum Nicolai unde possit liberam deferendi omni impignoratione et arrestatione postposita habeat facultatem. Perfectisque ipsis molendino, curia et allogio ac integraliter edificatis, tandem recta medietas fructuum et proventuum eiusdem molendini ipsi Nicolao iudici et alia medietas eisdem Iohanni et Andree filiis Nicolai perhempnaliter cedere deberent et provenire. Fracturam etiam ipsius molendini necessarie renovandam seu impedimentum quod eidem contingeret evenire, communiter ipsi et equaliter vel cum eorum expensa communi reficere tenerentur et facere reformare. Necnon molendinatore quem idem Nicolaus iudex vellet eligere, in ipso molendino conservandi habeat potestatem. De predicta autem curia integra et allogio nil plus nisi duos florenos pro collecta idem Nicolaus iudex singulis annis predictis nobilibus persolvere deberet, nec ultra debitum ipsorum duorum florenorum quicumque ab eodem vel de bonis eiusdem contra ipsius voluntatem pro se recipere possent et exigere. Assumpens idem Iohannes filius Nicolai ac se et eundem Andream fratrem suum firmiter obligans prefatum Nicolaum iudicem et suos heredes in predicta medietate molendini ac curia et allogio pacifice debere conservare, tali vinculo obligationis inserto quod quodcumque iidem nobiles communiter aut pro se de redditibus seu proventibus predictae medietatis molendini quo ad portionem ipsius Nicolai iudicis cedentibus aliquid vendunt vel etiam de utilitatibus in ipsa curia et allogio eiusdem, videlicet de animalibus in eodem nutriendis et conservandis, iniuriose contra eiusdem voluntatem reciperent et auferrent totiens quotiens hoc facerent, semper in decem marcis denariorum eidem Nicolao iudici persolvendis absque iudicis portione convincerentur ipso facto. Hoc declarato quod propter excessum eorundem Iohannis et Andree filiorum Nicolai si eosdem quoquomodo contra quospiam contingeret in iure vel extra aggravari, predicta medietas molendini

ipsum Nicolaum iudicem contingens cum suis proventibus ac predicta curia libera et allogium eiusdem et universa bona in eisdem existentia non possint ocupari(!) per factum eorundem, sed pacifice et illese semper stare pro eodem. Cum autem ipse Nicolaus iudex vel sui heredes premissam medietatem molendini aut curiam et allogium per ipsum Nicolaum iudicem factum et edificatum vendere voluerint, liberam vendendi cui velint habebunt facultatem contradictione eorundem nobilium per omnia non obstante, prout ad hoc idem Iohannes filius Nicolai se et dictum Andream fratrem suum firmiter obligavit coram nobis. In cuius rei testimonium perpetuamque firmitatem presentes litteras nostras privilegiales ad instantiam eorundem pendentis sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum feria quinta proxima ante dominicam Iudica, anno Domini Mmo CCCmo LXXmo primo. Discretis viris dominis Iohanne preposito, Andrea cantore, Petro custode et magistro Thoma archidiacono de Hunyad decano ecclesie nostre existentibus.

Egykorú kézirat egy papírlap két lapján, félhasábosan írva. Valószínűleg protocollum-töredék [Dl. 29175].

6.

[Kolozsmonostor], 138(?). április 24.

A kolozsmonostori konvent előtt Szamosfalvi Gebel András 20 forintért elzálogosítja egy pusztaszentmiklósi földjét a kolozsvári polgároknak.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Clusmonustra memorie commendamus quod Andreas dictus Gebel filius Nicolai de Zamusfolua ab una et comes Nicolaus iudex de Clusuar pro se et pro universis civibus et hospitibus de eadem Clusuar parte ab altera coram nobis personaliter constituti, idem Andreas dictus Gebel dixit et est confessus oraculo vice vocis nostra in presente quod ipse quandam particulam terre sue ad suam possessionem Zenthmiklos vocatam pertinentem, videlicet prope duarum metarum dictorum civium sub quodam Berch ab uno lapide magno incipiendo circa fluvium Zamus infra tendendo usque metas terre dictorum civium Wondotelek vocate, salva nostra possessionaria porcione remanente seu sine preiudicio iuris ecclesie nostre cum omnibus utilitatibus suis et pertinentiis eiusdem universis ad dictam particulam terre sue spectantibus pro viginti florenis, quemlibet florenum triginta duobus grossis computando, habitis et receptis plene ut dixerunt, eisdem civibus et hospitibus de Clusuar pignori obligasset et inignoravit coram nobis. Tali modo quod

quandocumque ipse Andreas vel alter aliquis homo de suis generationibus dictam particulam terre pro dictis viginti florenis ad premissam rationem computatis sine defectu aliquali a data presentium usque revolutionem trium annorum redimere poterunt, liberam redimendi habeant facultatem et prefati cives rehabita eorum pecunia, eandem terram resignare tenebuntur contradictione qualibet non obstante, Si autem memoratus Andreas vel fratres sui dictam terram usque revolutionem predictorum trium annorum predicta pecunia redimere non curarent aut non possent, extunc revolutis dictis tribus annis eadem terra eisdem civibus perpetuo ascripta haberetur possidenda, nec aliquis eandem terram ab eisdem civibus in sua estimatione condigna possit redimere quoquomodo. Ad que premissa idem Andreas se et suos fratres sponte obligavit coram nobis. Datum in festo beati Georgii martiris, anno Domini Mmo CCCmo LXXXmo ... (egy szó kiszakadva).

Eredetije papíron, hátlapján befűzött pecsét maradványaival [DI. 28756].

7.

[Kolozsmonostor], 1392. március 22.

A kolozsmonostori konvent előtt Kolozsvári Jakab felesége, Erzsébet és társai 40 forintért eladják szucsáki örökölt részbirtokaikat Csemete Pál kolozsvári polgárnak.

Conventus monasterii(!) beate Virginis de Clusmonustra omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris presentem paginam inspecturis salutem in domino sempiterno. Quum ea que in tempore aguntur ne cum tempore dilabantur, litterarum patrocínio consueventur solidare, proinde ad universorum notitiam tam presentium quam futurorum harum testimonio volumus pervenire quod nobiles domine consors Jacobi de Cluswar Elisabeth vocata cum duabus filiabus suis Elena et Elizabeth vocatis, item relicta Lucasii fabri Agatha vocata unacum filia sua Katherina vocata relicta Vallentini filii Gregorii de Gyalo personaliter suis, pro consorte vero Gregorii filii Gregorii dicti Oztorgar de eadem sine litteris procuratoriis, cuius tamen onus et gravamen si in infrascriptis persistere nollet, predicte due nobiles domine Elizabeth consors Jacobi et relicta Lucasii fabri Agatha vocate totaliter in se ipsas assumptendo, ab una parte, vero ab alia Paulus dictus Chemethe civis de Cluswar antedicta coram nobis personaliter constituti, per prenomatas nobiles dominas unanimi et concordati testificatione confessum extitit ministerio vive vocis et relatum quod ipse totales portiones possessionarias ipsarum in possessione Zuchak vocata

habitas, in comitata de Clus existentes, ipsas iure avitico contingentes, quibusdam negotiis ipsarum ingruentibus cum omnibus earum utilitatibus et pertinentiis universis, videlicet silvis, pratis, nemoribus, fenetis, aquis, vineis, rubetis et terris arabilibus cultis et incultis, quovis nomine vocabulorum vocitatis ad easdem portiones possessionarias spectantibus prememorato, Paulo dicto Chemethe pro quadraginta florenis triginta duobus grossis computandis vendidissent, tradidissent et donassent perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas, pariter et habendas in filios filiorum suorum et heredum per heredes, imo dederunt, donaverunt, venderunt et tradiderunt nostro in conspectu vigore presentium mediante. In cuius rei testimonium perpetuamque firmitatem presentes litteras nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas a tergoque consignatas eidem duximus cedendas communi iustitia suadente. Datum feria sexta proxima ante dominicam Letare, anno Domini Mmo CCCmo nonagesimo secundo.

Eredetije alól chirographált hártján, pecsét nyoma nélkül [DI. 26990].

8.

Torda, 1392. május 11.

Bebek Imre erdélyi vajda felszólítja a kolozsmonostori konventet, hogy Kolozsvári Jakabné és társai szucsáki birtokrészének eladási ügyében kérdezze meg azokat, akiknek arra elővételi joguk van.

Amicis suis venerandis conventui ecclesie de Clusmonustra Emericus Bebek voyuoda Transsilvanus et comes de Zonuk amicitiam cum honore. Dicitur nobis in personis nobilium dominarum Elizabeth vocate consortis Iacobi de Cluswar ac filiarum eiusdem Elena et Elizabeth vocatarum et Agathe consortis Lucasii fabri necnon Katherine filie domine Agatha de Dyalow et Elizabeth consortis Georgii dicti Oztorgar de eadem quod ipse quandam portionem ipsarum possessionariam ipsas iure avitico contingentem in possessione Zuchak habitam, quibusdam negotiis ipsarum ingruentibus venditioni vel pro pignore tradere niterentur. Veruncum prescripta portio possessionaria nobiles dominas Andree Sclavi et Michaelis parvi consortes eodem modo veluti ipsas contingere dinoscitur, pro eo vestram amicitiam presentibus petimus diligenter quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Johannes vel Ladislaus de Patha aut Lucasius dictus Rauaz de dicta Zuchak an Ladislaus de Gestrag aliis absentibus homo noster ad faciem prescripte portionis possessionarie

vicinis et commetaneis suis universis convocatis et presentibus accedendo ammoneat ipsas nobiles dominas consortes Andree Sclavi et Michaelis parvi ac alios quoslibet, quibus eadem congruit emere vel pro pignore recipere verbo nostro. Et quidque eodem nobiles domine aut alii in premissis responderint, nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Torda, sabbato proximo post festum apparitionis beati Michaelis archangeli, anno Domini Mmo CCCmo nonagesimo secundo.

Eredetiye ismeretlen, átírva a kolozsmonostori konvent jelentésében [Dl. 26991. — Lásd a következő oklevelet].

9.

[Kolozsmonostor], 1392. június 20.

A kolozsmonostori konvent jelenti Bebek Imre erdélyi vajdának, hogy Kolozsvári Jakabné és társai eladóvá tett szucsáki részbirtokát illetőleg senki sem élt elővételi joggal.

Magnifico viro Emerico Bebek voyuode Transsilvano et comiti de Zonuk amico eorum honorando conventus monasterii(!) beate Virginis de Clusmonustra amicitiam paratam sumpma cum honore. Noveritis note litteras vestre magnitudinis veneranter quo decuit in hec verba recepisse: (*Lásd a 8. számú oklevelet*).

Nos igitur iustis et legitimis petitionibus vestris annuentes unacum predicto Lucasio dicto Rauaz de Zuchak homine vestro nostrum hominem videlicet fratrem Michaellem presbiterum socium nostrum conventualem pro testimonio transmisimus fidedignum, qui demum exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt eomodo per nos requisiti quod ipsi feria quinta proxima post festum ascensionis Domini ad faciem prescripte portionis possessionarie in possessione Zuchak vocata habite vicinos et commetaneos eiusdem universos inibi legitime convocassent et ipsis presentibus accessissent, Andree Sclavi et Michaelis parvi consortes ac alios quoslibet prenomatas portiones possessionarias antefatarum nobilium dominarum supra nominatarum emere vel pro pignore recipere ammonuissent verbo vestre magnitudinis. Quibus perceptis antefatus Andreas Sclavus in persona nobilis domine consortis sue et Lewnardus dictus Bator ipsas nobiles dominas a venditione et alii traditione ac perpetuatione contradictores extitissent. Quibus quidem consorti Andree et Lewnardo quindenum terminum prenotati emere vel sibi ipsis recipere iniungendo, terminoque quindeno adveniente prenominati Lewnardus et consors Andree Sclavi ad redimendas et emendas portiones possessionarias ipsarum nobilium dominarum non venerunt, neque pro se ipsis habere curarunt. Da-

tum vigesimo secundo die ammonitionis predicte, anno Domini prenotato.

Eredetije papíron, hátlapján pecsét maradványaival [Dl. 26991].

10.

Kosthel, 1404. augusztus 3.

Zsigmond király a kolozsvári mészárszékek adóját a városfalak építésére rendeli fordítani.

Comissio propria Domini regis.

Nos Sigismundus dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. marchioque Brandenburgensis etc. sacri Romani imperii vicarius generalis, regni Bohemie gubernator memorie commendamus per presentes quod quia regiam decet excellentiam circa sibi subjectorum comoda augmentanda diligenter invigilare et presertim talium, quos sibi et sacre corone regie non sine dispendiosis personarum casibus et gravibus expensarum oneribus conspexit et cernit tam indesinenter quam fideliter adhesisse, ideo consideratis fidelitatibus et fidelium servitorum meritis fidelium nostrorum civium, hospitem et incolarum civitatis nostre de Klwswar partis Transsiluane, quibus ipsi semper et presertim hiis proxime preteritis disturbiorum temporibus nobis se placibales(!) pariter et acceptos reddere studuerunt, volentes in quacum pro presenti valemus eisdem nos reddere gratiosum et eorum providere utilitati, disposuimus et presenti decreto stabilimus ut linea seu vicus macellorum in quibusdam macellis seu locis defectum patiens reformetur et adimpleatur, quoque census tam ipsorum reformatorem quam aliorum macellorum ad inchoationem et perfectionem muri predictae civitatis nostre usque tempus perfectionis et completionis eiusdem annis singulis detur, tribuatur et efficaciter debeat per quos competit assignari, presentium nostrarum vigore et testimonio litterarum. Datum in descensu nostro campestri terre Moravie iuxta opidum Kosthel in festo inventionis corporis beati Stephani protomartiris, anno Domini millesimo quadringentesimo quarto.

Eredetije hártján, papírral fedett pecséttel [Dl. 29070].

11.

[Kolozsmonostor], 1409. március 12.

A kolozsmonostori konvent előtt Szomordoki György 60 forintért elzálogosítja szomordoki birtokrészét Tolna Mátyás kolozsvári polgárnak.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Clusmonstra memorie commendamus quod Georgius filius Demetrii de Zomordok ab una parte, vero ex altera Mathyas dictus Tolna civis

de Clusuar coram nobis personaliter constituti per eundem Georgium propositum oraculo vive vocis extitit et relatum quod ipse urgentibus quibusdam suis necessitatibus totalem suam portionem possessionariam in possessione Zomordok predicta habitam, ipsum titulo iuris tangentem cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis, videlicet terris arabilibus cultis scilicet et incultis, silvis, pratis, nemoribus, aquis, aquarumque decursibus iuxta regni consuetudinem ipsi iamdicto Mathye dicto Tolna pro sexaginta florenis per triginta duos grossos computando pignori obligasset, imo obligavit nostri in presentia. Assumpmens nichilominus eundem Mathyam sepedictum temporum in processu contra omnes inpetitores in dominio eiusdem predictae portionis possessionarie usque tempus redemptionis suis laboribus et expensis pacifice conservare. Hoc etiam declarato quod quandocumque ipse memoratus Georgius aut sui successores prescriptam portionem possessionariam a prefato Mathya redimere voluerint, extunc idem pretitulatus Mathyas, rehabita pecunia sua principali, prenominatam portionem ipsi prelibato Georgio de dicta Zomordok aut suis successoribus remittere et resignare teneatur difficultate sine omni testimonio presentium mediante. Datum in festo beati Gregorii papae, anno Domini millesimo quadringentesimo nono.

Eredetije papíron, hátán pecsét maradványaival [Dl. 27148].

12.

[Gyulafehérvár], 1417. január 8.

A gyulafehérvári káptalan jelenti Zsigmond királynak, hogy kiküldöttje a királyi emberrel együtt eltiltotta a kolozsvári polgárokat a kolozsmonostori apát birtokán építeni kezdett kápolna építésétől.

Excellentissimo principi domino Sigismundo dei gratia Romanorum regi semper augusto ac Hungarie etc. regi, domino eorum gratiose capitulum ecclesie Transsiluane orationum suffragia cum perpetua fidelitate. Litteris vestre maiestatis annualibus pro parte religiosi viri domini fratris Henrici abbatis de Clusmonustra per suum procuratorem nobis presentatis honore quo decuit receptis, mandatis vestre maiestatis obedire cupientes ut tenemur, unacum Gregorio de Bwda homine vestro regio in eisdem litteris vestre maiestatis annualibus specialiter nominatus(!), nostrum hominem videlicet dominum Johannem presbiterum, capellanum de Cluswar ad infrascriptam prohibitionem faciendam duximus transmittendum, qui demum exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt quod ipsi secundo die festi Epiphaniarum Domini, ad civitatem Cluswar pariter accessissent ibique iudicem, iuratos aliosque cives

et hospites de eadem Cluswar ab edificatione et constructione cuiusdam ecclesie seu capelle lapidee, quam iidem iudex, iurati cives et alii hospites de eadem Cluswar inter dictam civitatem Cluswar et possessionem ipsius Domini abatis Clusmonustra vocatam in territorio seu terra ipsius domini abbatis iam edificare et construere incepissent verbo vestre maiestatis pro parte ipsius domini abbatis prohibuissent. Datum sexta feria proxima post predictum festum Epiphaniarum Domini, anno eiusdem millesimo quadringentesimo decimo septimo.

Eredetiye papíron, hátlapján pecséttel [Dl. 28154].

13.

[Kolozsmonostor], 1423. július 29.

A kolozsmonostori konvent előtt Thorma János 100 forintért eladja Szentkeresztfalvi Antal fiainak: Krasznai Nagy Jánosnak és Kolozsvári Szabó Antalnak szentkeresztfalvi, felsőseredeni, alsóseredeni és gomboçpataki részbirtokai negyedrészt.

Conventus monasterii beate Marie virginis de Clusmonustra omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentium notitiam habituris salutem in omnium salvatore. De facili memoria labitur hominum, quam non servat lucida series litterarum, proinde ad universorum tam presentium quam futurorum notitiam harum serie volumus pervenire quod Iohanne filio Thome dicti Thorma de Sereden ab una ac altero Iohanne magno de Karazna genero suo, necnon Anthonio sartore de Cluswar filiis videlicet Anthonii de Zenthkerezthfalwa ab altera partibus coram nobis personaliter constitutis, per prefatum Iohannem filium Thome ministerio vice vocis confessum extitit pariter et relatum quod ipse matura deliberatione in se prehabita consideratisque multiphariis complacentiis per eosdem Iohannem magnum et Anthonium sartorem interdum sibi locis et temporibus opportunis exhibitis et impensis et presertim per ipsum Iohannem magnum in rectificatione et prosecutione quorundam iurium suorum possessionariorum non parcendo laboribus suis et expensis, quartam partem portionum videlicet suarum possessionariarum in possessionibus Zenthkerezthfalwa predicte(!), Felsewsereden, Alsosereden et Gomboçpataka vocatis in comitatu de Karazna existentibus habitarum, ipsum iure hereditario concernentium cum omnibus earundem utilitatibus, videlicet terris cultis et incultis, pratis, fenetis, pascuis, silvis, nemoribus, aquis, aquarumque decursibus, usibus, fructibus ac redditibus campestribus, silvestribus et limphaticis, sub eiusdem veris pristinis metis metarumque limitibus et distinctionibus et genera-

liter quibuslibet comoditatibus aliis ad dictam quartam partem dictarum portionum possessionariarum semper et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus prefatis Iohanni magno generi suo et Anthonio sartore(!) fratri eiusdem eorundemque filiis et posteritatibus universis pro centum florenis puri et fini auri plene ut dixit ab eisdem habitis et receptis vendidisset, tradidisset, contulisset et perpetuasset perpetue et irrevocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam, immo nostri vendidit, tradidit, contulit et perpetravit in presentia, renunctians(!) se et extrahens totaliter idem Iohannes filius Thome de dominio eiusdem nil iuris nilque proprietatis sibi ipsi in eadem quarta parte peramplius reservando, sed omne ius totaleque dominium eiusdem in ipsos Iohannem magnum et Anthonium sartorem ac filios filiorum eorundemque heredes et posteritates transferendo. Eo modo quod quandocumque temporum in processu, idem Iohannes filius Thome aut filii sui ac ad ipsum adherentes, eosdem Iohannem magnum et Anthonium sartorem aut filios et superstites eorundem de dominio eiusdem quarte partis dictarum portionum possessionariarum excludere vellet seu niteretur, extunc ipsi(!) in duplo predictorum centum florenorum puri auri contra eosdem Iohannem magnum et Anthonium sartorem aut filios et superstites eorundem convinceretur et convinci debeat eo facto. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales sigilli nostri pendentis ac autentici munimine roboratas alphabetoque trium litterarum medio intercisas eisdem Iohanni magno ac Anthonio sartori, necnon filiis ipsorumque heredibus et posteritatibus duximus concedendas. Datum feria quinta proxima post festum beati Iacobi apostoli, anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo tertio.

Eredetiye alól chirographált hártján, függőpecsét helyének bevágásaival [DI. 27638].

14.

[Kolozsvár], 1424. április 3.

A kolozsvári tanács előtt Fekete Miklós káplán, Zekkel Péter és Kis Miklós polgárok tanusítják Paner Péterné, Dorottya asszony végrendeleti intézkedéseit.

Nos Thomas Ruffus iudex ac universitas iuratorum consulum civitatis Coloswar memorie commendantes tenore presentium significamus quibus expedit universis quod in nostre universitatis venientibus presentiam discreto et circumspectis viris domino Nicolao Nigro pridem capellano nostro conf[essore] honeste domine Dorothee consortis providi viri Petri Paner dicti condam concivis

nostri, deinde Petro Zekkel [dicto] Coniurato et Nicolao parvo cohospite nostro, quiquidem prestitis iuramentis confessi sunt concorditer coram [nobis] in hunc modum, quomodo prefata domina Dorothea in festo beate Katherine virginis et martiris sub ann[o domin]i millesimo quadringentesimo vigesimo tertio in lecto agritudinis decumbens compos sue rationis de nonnullis bonis et [rebu]s suis a deo sibi collatis tertiam partem suam undique concernentibus, testamentariam dispositionem ipsorum in [presen]tia faciendo, primo sorori sue Elyzabeth vocate consorti honesti viri Fridrici sutoris de Zatmar pepula et omnia ornamenta capitis cum quodam cingulo argenteo, item ei quoddam clinodium proprie agsteinen snur vocatum, item eidem palium ipsius et tunicam flavei coloris libere et imperpetuis legavisset. Item duo mamiteria figurata ad claustrum gloriosissime virginis in Coloswar, item peregrinationem ad limina beatorum Petri et Pauli apostolorum disposuisset faciendam, item residua omnia alia bona sua magna et parva preter premissa antedicto Petro Paner marito suo libere et quiete legavisset possidenda cum faciendi et dimittendi tam in vita quam post mortem eiusdem Petri qualibet facultate omnium et quorumlibet antedictae domine Dorothee cognatorum et amicorum contradictione minime valitura. Et pro huiusmodi testamentarie sue dispositionis expeditione circumspectos et honestos viros Rudolfum et Thoman Rutther nobis coniuratos suos veros et legitimos constituisset executores, qui etiam premissis testamentario sue dispositioni taliter ut premittitur facte unacum prelibatis viris similiter interfuerunt, prout de isto sufficienter ac evidenter ibidem fuimus informati. In cuius rei et fassionis memoriam presentes litteras sigilli nostri maioris munimine roboratas duximus concedendas maiorem ad cautelam. Datum feria secunda proxima post dominicam Letare, anno domini millesimo quadringentesimo vigesimoquarto.

Eredetije vagy egykorú leirata papíron, középen szakadás okozta kisebb hiánnyal, pecsét nélkül [Dl. 29072].

15.

Pozsony, 1429. november 2.

Zsigmond király eskütételre ítéli Antal kolozsmonostori apátot a kolozsvári polgárok által ellene felhozott különféle vádak ügyében.

Commissio domini regis ex deliberatione baronum in iudicio facta.

Nos Sigismundus dei gratia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc. rex memorie commendamus per presentes quod providi viri Rodolfus ac Jacobus

filius Mynscii, necnon Johannes notarius cives civitatis nostre Koloswar vocate in suis, item iudicis, iuratorum et aliorum concivium eorum nominibus et personis, nostre maiestatis in presentia constituti, presente religioso viro domino fratre Anthonio abbate monasterii de Klusmonostora, contra eundem proposuerunt eomodo quod alias quidam familiaris ipsius abbatis in territorio ipsius civitatis in preiudicium iuris eorum quendam pauperem interfecisset, de huiusmodique homicidio ipse abbas satisfactionem impendere velle assumpsisset, quod non fecisset. Preterea dum certa peccora(!) et pecudes iobagionum ipsius abbatis in Monostor residentium in vineis et agris eorum dampna non modica intulissent et pro huiusmodi illatis dampnis quidam ex eis prefata peccora(!) et pecudes, uti moris est, impellere voluissent et prope ipsam civitatem extitissent, familiaris eiusdem abbatis vi et potentialiter insurgendo ipsosque insequens, ab ipsis huiusmodi peccora (!) et pecudes absque aliquali satisfactione recepisset. Multos etiam ex eis idem abbas in territorio suo minus licite perturbare et introncare fecisset. Peramplius quidam pauper ex eis vineam in territorio dicte ecclesie habens et servans pro collectione sue vinee, uti moris est et fieri debuit, signetum pro se habuisset, tandem vero eodem paupere decendente dominam consortem ipsius pauperis, pro eo quod ipsa domina ubi ipsum signetum extitisset nescivisset et eapropter ostendere non valuisset, indebite taxando fecisset dampnificare. Quendam etiam alium, qui vinum suum vendidisset, similiter dampnificare ac a quadam pauperula, pro eo quod ipsa signetum pro collectione vinee sue non habuisset sedecim florenos per centum ab ipsa percipere fecisset. Ex parte cuius, scilicet abbatis iudicium habere vellent. Hiis perceptis ipse abbas respondit exadverso quod ipse super interemptione annotati pauperis ipsis actoribus non propter alicuius satisfactionis complementum facere assumpsisset et promisisset, prefati etiam familiares sui dicta peccora, (!) ut ipsi actores asserebant, dampnum inferentia ex suo scitu et voluntate ab illis, qui ipsa peccora (!) impellere voluissent, non recepissent. Si quos autem ex familiaribus suis circa ipsum existentibus inculparent, ex parte talium superinde iustitiam facere promptus esset. Nullum etiam ex dictis civitatensibus in territorio dicti sui monasterii iniuste perturbare et introncare fecisset. Quandam prefatam dominam consortem pauperis antelati ac alium, qui suum vinum vendidisset, necnon dictam pauperulam, uti asserebant, minus iuste et indebite non taxasset nec dampnificasset, taxareque et dampnificare non fecisset et ex eo in totali premissa actione et

acquisitione prefatorum actorum innocens esset et innocuus. Et quia ipsi actores huiusmodi actiones eorum nullo probationis documento comprobabant, in dicto iudicare commisimus, ut prefatus abbas primo super eo quod ratione interemptionis annotati pauperis non propter aliquid satisfactionis complementum facere ac impendere assumpsisset et promisisset, item secundo super eo, quod annotati sui familiares prescripta peccora(!) dampnum inferentia ex suo scitu et voluntate ab illis, qui eadem impellere voluissent non receperint, tertioque super eo, quod ex dictis civitatensibus in territorio prefati sui monasterii iniuste neminem perturbare et introncare fecisset, quarto vero super eo, quod neo prescriptam consortem pauperis antelati, nec illum, qui suum vinum vendidisset minusiuste dampnificasset, a prefataque paupercula indebite prescriptos sedecim florenos per centum predictum recipere non fecisset, octavo die festi Epiphaniarum Domini nunc venturi coram testimonio capitali ecclesie Albensis Transsiluane, quod per ipsum capitulum ad id transmitti mandamus, in ecclesia sua in suo stallo comparendo manumque suam dextram ad pectus suum ponendo, ad suum statum regulariter conscientioseque pertractare, referre et dicere, et deinde secundo die ipsius octavi dici festi Epiphaniarum Domini ex parte talium familiarium suorum, quos ipsi actores in receptione et ablatione dictorum peccorum(!) dampna eis inferentium inculparent et qui erga ipsum haberentur, eisdem actoribus merum iudicium et iustitiam facere et impendere, posthecque si necesse fuerit seriem ipsarum iuramentalis depositionis ac iudicii et iustitie impensionis partes in litteris dicti capitali ad quintum decimum diem ipsius festi Epiphaniarum Domini wayuode vel vicevayuodis nostris Transsiluanis reprobare debeat et teneatur. Datum Posonii, feria quarta proxima post festum Omnium sanctorum, anno Domini Mo CCCCo XXo IXo, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. XLmo, Romanorum vigesimo et Bohemie Decimo.

Eredetiye papíron, a szöveg alá nyomott pecsét maradványaival [Dl. 28970]. A pecsét alatt: *Commissio domini regis ex deliberatione baronum in iudicio facta.*

16.

Pozsony, 1429. november 19.

Antal kolozsmonostori apát és a kolozsvári polgárok egy régente apátsági birtokot képező szöllő visszavásárlásának ügyét választott bírákra bizzák.

Nos Anthonius abbas monasterii beate Marie virginis de Clusmonostra notum facimus universis quibus incumbit per presentes

quod nos unacum viris providis et circumspectis Rodolpho et Johanne literato notario, civibus de Cluswar tam ipsorum quam iudicis, iuratorum et universorum civium civitatis eiusdem nominibus in facto redemptionis eiusdam vinee a prefato monasterio nostro per condam Paulum abbatem predecessorem nostrum alienate, nunc ultimate apud Michaelis carnificis concivis eiusdem civitatis manus via emptionis habite, per nosque coram regia maiestate iuridice reoptente ordinationi, dispositioni, calculationi et limitationi octo proborum virorum cuiusvis status existant, per nos et eosdem Rodolphum et Johannem literatum, aut qui sua putatur interesse, equali numero eligendorum submisimus. Talimodo, ut quemadmodum iidem octo probi viri in uno certo termino per nos et eosdem intra octavam diem diei medii quadragesime nunc venturi prefigendo, considerata priori tempore scilicet venditionis ipsius vinee currente denarorium moneta, calculando ponderando ac compensando et limitando cum presenti currente tempore calculationis moneta, agnoverint, disposuerint et ordinaverint, acceptando et pro rato habendo ipsam vineam eo pretio, quo per ipsum Paulum abbatem vendita fore asseritur, si de numero seu quantitate ipsius veritas constare poterit. Si vero numerum vel quantitatem pretii prime venditionis unacum prefatis octo probis habere non possemus, tunc iuxta ultimarie venditionis pretium redimere valeamus. Ceterum quia allegabant ut familiares seu homines nostri tempore vindemie proxime preterito nobis ignorantibus et invito prefato Michaeli carnifice vina prefate vinee importassent ac in divisionem eiusdem vinee se intromisissent, eidemque Michaeli carnifici non modica dampna intulissent, ipsa vina relaxando et restitui faciendo ex parte talium familiarium et hominum nostrorum, si ipsum Michaellem carnificem aliter placare non poterimus, iudicium et iustitiam ac de dampnis congruentem satisfactionem, si ipse facti veritas sic uti asseritur experta fuerit, facere et impendere curabimus. Quod si non faceremus, tunc vicewayuoda Transsilvanus tam ex parte nostri, quam ex parte talium familiarium et hominum nostrorum ipsum iudicium facere et de dampnis satisfactionem exhibere valeat indilate atque possit [presentium] per vigorem. Datum Posonii in festo beate Elizabeth vidue, anno domini millesimo quadingentesimo vigesimo nono.

Eredetije kissé rongált papíron, a szöveg alá nyomott gyűrűspecsét maradványaival [Dl. 26774].

17.

Kolozsvár, 1438. november 15.

Losonczy Dezső erdélyi vajda megidéztteti a kolozsvári polgárokat az erdélyi nemességgel szemben a királynő és a helytartók elé.

Amicis suis reverendis conventui ecclesie beate Marie virginis de Clusmonstra Desew de Lossoncz wayuoda Transsilvanus et comes de Zolnok amicitiam paratam cum honore. Vestram amicitiam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente Blasius de Tohtur vel Nicolaus filius Martini Czeke dicti de Kyde aut Mathias de Suchak aliis absentibus homo noster citet iudicem, iuratos ceterosque cives et totam communitatem civitatis Coluswar contra universos regni nobiles dicte partis Transsiluane regionalis maiestatis ac prelatorum et baronum scilicet vicariorum regni Hungarie in presentias ad festum beati Andree apostoli proxime nunc venturum et post hec ipsius citationis seriem cum nominibus citatorum terminum ad prefixum eidem domine nostre regine fideliter rescribatis. Datum in Coluswar predicta, sabbato proximo ante festum beate Elizabeth vidue, anno Domini MCCCC mo XXX mo VIII o.

Eredetije papiron, zárópecsét maradványaival [Dl. 29075].

18.

[Kolozsmonostor], 1441. április 8.

A kolozsmonostori konvent előtt Hunyadi János erdélyi vajda esküvel fogadja, hogy Kolozsvár városát szabadságaiban megvédelmezi, amíg a királytól könnyítéseket eszközölhet ki számára.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonstra memorie commendamus per presentes, quod magnificus dominus Johannes de Hwnyad inter ceteras honorum ipsius dignitates wayuoda Transsilvanus necnon Themesiensis et Sicularum comes personaliter coram nobis constitutus professus est tali forma quod ipse intenta considerataque prudentium virorum, industriorum scilicet civium, consulum hospitemque civitatis Cluswar sincera fidelitate serenissimo principi domino Wladislao dei gratia regnorum Hungarie, Polonie, etc. regi domino nostro gratioso per ipsos observanda, susceptoque per primum duodecim iuratorum civium aliorumque sexaginta consulum, alio vocabulo sexagenariorum ipsius civitatis Cluswar pro cuncta ipsius civitatis communitate emisso per eos sincere fidei sacramento in eo ut ipsi annotato domino nostro regi sinceram amodo et deinceps inantea fidelitatem totius anime eorum desiderio ac tota mentis intentione

et quovis conatu studerent vellentque iugiter observare spon-
disset immo sponddit coram nobis et pollicitus est fidei sue deo
debite sinceritate mediante ut ipsos in persona prefati domini
nostri regis et eius auctoritate sibi attributa in eodem ritu et simi-
libus libertatis eorum prerogativis omnique ipsorum iure meliori,
quibus iidem temporibus illustris principis condam domini regis
Alberti felicitis reminiscencie Hungarie regis, incliti et magnifici
Desew de Losoncz pridem wayuode Transsilvani hactenus et usque
modo usi fuissent, freti pariter et congratulati, illesos, indempnes,
quitosque et ab omnium infestare volentium impugnatione exemp-
tos sui braccii virtute mediante tueri, protegereque futuris tempo-
ribus et defensare vellet toto posse, donec et tandem a regie sere-
nitatis maiestate aliud cuiuspiam alleviaminis habere puterit et im-
petrare, presentium nostrarum litterarum efficaci testimonio me-
diante. Datum sabbato proximo ante dominicam Ramispalmarum,
anno Domini millesimo CCCCo XLprimo.

Kívül (más kéztől): Stephanus Bartholomei iudex, necnon Pe-
trus Mathie, Andreas Ssuffler, alter Andreas Serthoderel, Sigis-
mundus Literatus, Petrus Sladych, Barthes Ffeyer, magister Petrus
N...thenonis(?), Johannes Ffrancyas, Sthenchel, Jacobus
Sleyevnyng, Sigismundus Ffeyer et Ladislaus Hwnyady iurati
cives.

Egykorú fogalmazvány vagy másolat, egykorú más kéz javításai-
val, papíron, pecsét nyoma nélkül [Dl. 36899].

19.

Szentlászló, 1448. december 4.

*Herepei Márk és Balai György erdélyi alvajdák felkérrik a kolozs-
monostori konventet, hogy küldje ki megbizottját Hosszúmezei János
kolozsvári polgár zálogjogon birt komjátszegi részbirtokának ikta-
tásához.*

Amicis suis reverendis conventui ecclesie de Colosmonostra
Marcus de Herepe ac Georgius de Bala vicewayuode Transsilvani
amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona providi
viri Iohannis de Hwzywmesew civis civitatis de Cluswar quod ipse
in dominium portionis possessionarie Dominici filii Nicolai de
Komyadzeg in eadem possessione Komyadzeg in comitatu Thor-
densi existenti habite, ipsum titulo pignoris concernentis legittime
vellet introire. Super quo vestram amicitiam presentibus petimus
diligenter quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio
fidedignum quo presente Laurentius de Thwr, aut Sigismundus
Chazary de Zenthmarthon, sin Paulus Veres seu Paulus Solmus de

Pethlend, sive Anthonius de eadem, neve Stephanus de Egres, seu Johannes de eadem, sive Blasius de Jara aliis absentibus homo noster ad faciem prescripte portionis possessionarie, vicinis et commetaneis eiusdem inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatum Johannem de Hwzywmesew in dominium eiusdem, statuatque eandem eidem cum cunctis eiusdem utilitatibus et pertinentiis quibilibet premissis titulo pignoris possidendam, si non fuerit contradictum. Contradictores vero, si qui fuerint, citet ipsos contra annotatum Johannem nostram in presentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorundem reddituros. Et post hec huiusmodi possessionarie introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et citatorum si qui fuerint nominibus, terminoque assignato nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Zentlazlo, in festo beate Barbare virginis et martiris, anno Domini millesimo quadringentesimo quadregesimo octavo.

Kívül: Amicis suis reverendis conventui ecclesie de Clusmonstra pro Johanne de Hwzywmesew cive civitatis Cluswar introductoria et statutoria.

Más kézzel: Homo wayuodalis Anthonius Parvus de Pethlend ad festum Bartholomei statutioni contradixerunt Ladislaus de Chan, Johannes filius Petri de Bogath in comitatu de Thorda feriam sextam ante festum beati Thome apostoli non solvit de termino prohibuit Mathias Byzo in persona filiorum Ladislai de Comyathzek Stephani et Georgi(!) et Ladislai.

Eredetiye papíron, sérült zárópecséttel [Dl. 28985].

20.

[Kolozsmonostor], 1453. február 22.

A kolozsmonostori konvent a kolozsvári magyar polgárok kérésére átírja Hunyadi János kormányzónak Budán, 1452. február 7-én kelt rendeletét, melyben a kormányzó a kolozsvári magyar és szász polgárokat békességre és addigi állapotukban való megmaradásra inti, míg vitájukat a király el nem dönti.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Kolosmonstra memorie commendamus tenore presentium significando quibus expedit, quod prudentes et circumspecti viri Gregorius Arcupar, necnon Demetrius Kowach ac Johannes Kwn et Egidius Zabo) cives civitatis Coloswar in ipsorum ac universorum hospitem et incolarum necnon, totius communitatis Hungarice nationis de predicta Coloswar personis nostram venientes in presentiam exhibuerunt et presentaverunt nobis quasdam litteras illustris

principis domini Johannis de Hunyad regni Hungarie gubernatoris patenter emanatas, sigilloque suo ab intra signatas, petentes nos debita cum instantia ut tenorem earundem in transcripto litterarum nostrarum ipsis dare dignemur. Quarum tenor talis est:

Johannes de Hunyad regni Hungarie gubernator etc. Prudentibus et circumspectis viris iudici, iuratis civibus ac toti communitati Hungarorum et Saxonum nationibus civitatis de Coloswar salutem et dilectionem. Relata nuntiorum utrarumque partium tam Hungarorum quam Saxonum intelleximus, unde quia nos eandem civitatem hiisdem libertatibus et prerogativis quibus ipsa hucusque usa fuisset, uti, frui et gaudere volumus, idcirco decrevimus ambas partes in illo facto, pro quo ad nos transmiseratis nuntios, quamlibet protinus in eadem portione honoris sui in qua hactenus permanere. Ideo vobis utrisque nationi predictae serie presentium firmiter precipiendo mandamus, quatenus a modo imposterum ratione facti prenotati nullam rixam nullamve controversionis materiam inhoare(!) aut quoquomodo aggredi sed in tranquillo pacifico statu permanere debeatis ac dictam civitatem vestram honorifice et utiliter teneatis, quam illesam serenissimo principi domino nostro regi Ladislao valeatis, tandem deliberet sua serenitas partes inter easdem. Secus non facturi. Datum Bude, secundo die festi beate Dorothee virginis et martiris, anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo.

Nos vero⁷ petitionibus favorabiliter inclinati prefatorum civium favorabiliter (így, kétszer!) prescriptas litteras predicti domini gubernatoris de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquali presentibus litteris nostris similiter patentibus transscribi et transsumpti facientes, transcriptumque et transsumptum earundem eisdem universis civibus et incolis Hungarice nationis duximus concedendum. Juris eorum uberiores [ad cautelam] harum nostrarum testimonio litterarum. Datum in festo Kathedre beati Petri Apostoli, anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio.

Eredetiye vízfoltos papíron, hátlapján sérült pecséttel [Dl. 29080].*

⁷ Négy-öt szó kitörülve.

* A szerkesztő e helyütt is köszönetét fejezi ki VALENTINY ANTALNAK, hogy a szerző távollétében az oklevél-kiadvány szövegét szíves volt gondozni.